Epitalamia conscripta in diem Nuptialem D. Doct. Conrad. a D. Christoph. et Petro Hendreichijs.

Theorema Mathematico Physicum Clarissimo et Doctissimo Domino Sponso à currente jam ad Nuptias hospite transmissum

Principium finemq habet omnis linea punctum
Ad Centrum tendit Corpus et omne grave
Punctum ni pungas prodibit linea nunquam
In centro gratam corpus habet requiem.
Principium puncto debes, Tu pingere perge
Punctum nascetur, linea vel veniet
Ecce Tuum Centrum super hoc jam Sponse quiesce
Et gaude Centro, tempus in omne Tuo.

Christoph. Hendreich.

Panacea Veneris Microcosmica die Veneris nuptias mox sequente à Sponso D. Israële Conrad. Med. Doct: Sponsæ dilectissimæ Annæ Fridrichianæ, cum conveniente Osculorum, et amplexuum ana quantum satis vehiculo propinanda.

Laudeant pace mea Panaceam tollere morbos
Quæ possit. Præsens en Medicina Tibi.
Non Sol, Luna nec est, non sunt quoq Mercurius Mars,
Nec Saturnus erit, Juppiter haud bonus est,
Sola venusta Venus Tibi spondet Sponse medelam
Huncce modum pergas, si modo rite sequi.
Stratum pone super Stratum, bene vasa lutando
Destilla, colliqua, post cohobato quoq
Digere, non opus est Anno, tum extracta videbis
Et Microcosmus erit, vivaq cara Caro
Nunc jactent alij se posse augere metalla
Hoc homines auget, secula multa probant.
Tu Medicus s: Medicas volo dicere Tonarus
Partes, atq artes nosse potes melius.
Jam Thalamo calamoq Tuo bona fausta precabor
Tu sanus, sanes, et Tua facta sonent.

℞ Panaceam hanc Die 28 Oct: Anni 1661. ante Solis occasum cum custodia.